Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux
Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ &c dominus & heres

Mag^co Stanislao de Tarnow, Castellano Zawichosten, Regni nostri Tesaurario, ac Siradien, Ostrzesowienq. Capitaneo, Sincere nobis dilecto, gratiam nostram. In absentia eius, Notarijs Tesauri nostri. Mag^ci sincere nobis dilecte. Cum hoc tempore, multa scripta in Cancellaria nostra sint, & literis restitu. & alijs quæ ad nostra ac Reipublicæ Regni nostri spectabant expediendis. Volumus ut S. tua, ad minorem Cancellariam nostram, pro cera ac papiro, quinquaginta florenos, atq item Notarijs, pro operis illorum, quinquaginta marcas, monetę ac numeri in Regno usitati, sine mora numeret. Cuius quidem pecuniæ nomine, S. tuam per præsentes literas quietamus. Susceptur eam a S. tua in rationibus. In cuius rei fidem ac testimonium, hisce literis subscripsimus, atq sigillū nostrum apprimi iussimus. Datum Cracoviæ xix die Martij. Anno Domini M. D. LIX. Regni vero nostri XXX°

Sigismundus Augustus
Rex ss.

48

Cancellarie minori pro cera.
papiro. et m[illegible] dati sunt ß 130

Ao 1559